

no est in h. tractu 807

LEONARDI PORTII
Iurisconsulti Vicētini de Sestertio,
Talētis, Pecuniis, Pōderibus, Mē/
suris, Stipédiis militaribus antiquis
ac prouinciarum, regum, populi
Romani, Cæsarūq; redditibus, li/
bri duo, in quibus complura loca
scriptorū clariss. Plinii, Columel/
læ, Celsi, Liuii, Iuuenalis, tum acri
iudicio, tū exquisitiori doctrina ca/
stigantur, aperiūtur, illustrantur.

Præterea additus est Index rerum
& uerborum, quæ hoc in opere
digniora scitu uisa sunt.



EGNATIVS LECTORI.

NIHIL Erat in omni literaria re nostrati perplexū inuolutumue magis, q̄ hęc ipsa prisco-
rum nūmorum explicandi ratio. nihil implica-
tius olim etiam doctis hominibus uisum, q̄ cum ueterem
auri, argentiq̄ usum, numismata, eorum pretium, multarū
deniq̄ rerum pondera, ac mensuras attigissent. Quare ita
plane factum, ut millesimum & amplius abhinc annū res
hęc tota maxime necessaria, & perutilis nostris homini-
bus aut relicta, aut ignorata sit. Et iacuisset hęc sane pars
diutius altissimis oppressa tenebris, nisi Portius noster cū
Maiorum suorum gloria celebris, quę Vicentię iam pri-
dem florens longe, lateq̄ terram Italiam hodie peruagat,
tum sua laude illustris, rem obscuram primus tentare ausus
feliciter illustrasset. Nec uero uendicatam hanc Portio no-
stro ut authori palmam, docti homines (ut opinor) inique
ferent. siquidem meminerunt illi, multos iam annos, huic
egregio hominis inuēto, testimonium in annotationibus
in Trāquillum meis a me esse tributum. Est. n. hic uir cum
cæteris artibus, quę quidem dignę libero sint, ornatus
omnibus, tum acer inuestigator & diligens earum rerum,
quę suapte natura inuolutę, cum primum ingenio & in-
dustria explicatę fuerint, magnā laudem homini pariant.
Erit igitur hic tibi libellus lector optime, studiosius pel-
legendus. hunc tu ut in manibus frequenter habeas, nō so-
lum Portii ipsius gratia, cui etiam atq̄ etiam debes, uerū
etiam rei ipsius pulchritudine & fructu uelim. nec ille pla-
ne expectationem frustrabitur tuam. Nam cum omnium
studiorum, literarumq̄ cognitio expetenda nobis sit, hęc

LEONARDI DE PORTIS IURISCON-
SULTI VICENTINI DE SESTER-
TIO, PECUNIIS, PONDE-
RIBVS ET MENSVRIS
ANTIQVIS, LIBER
PRIMVS.

COMMERCIA Rerum permutando cuique
superflua & necessaria coepisse ratio subest, & cer-
tissimi authores prodidere, postea emptiones &
uenditiones ex usu & commodo repertas, quum metalla
in hominum cognitionem deuenissent, quibus diuersa po-
stea pretia imposita sunt, prout quæq; speciosa cōmoda,
aut rara credita. aurum uero cur aliis pretio & dignitate
præstet, non ex his tātum processisse, sed ratione naturali,
& ex arcanis philosophiæ deprompta pleriq; crediderūt.
quippe cum natura, cui nihil perire potest, in continua
tamen suarum partium transmutatione uersetur, eas meri-
to præstātiores, quæ huiusmodi trāsmutationi minus ob-
noxia reperirentur, homines existimarūt, ut magis defeca-
tas & propius ad naturam principior; accedētes, quæ sane
in corruptibilia sunt, & sua puritate ab omni iniuria cōuer-
sionis præseruātur. Cum igitur aurum, cui nihil igne depe-
rit, nec situ, nec flāmis corrumpatur, nec in aliam speciē,
quo minus naturam suam retineat, transmutari possit, non
facilitate, pōdere, colore, quibus multis cedit, sed ut perfe-
ctum naturæ opus, nedū aliis metallis, sed omnibus illius
partibus dignitate præstantius, & pretiosum magis non
immerito iudicarūt, quibusdā paucis exceptis, ut carbun-
culis, adamantibus, & aliis non permultis, eadem fortasse

ca insuper aggregasse, & conguessisse, pleraque uero alia quæ
olim studio uigente comentaueram negotia nunc suppri-
munt, quæ tamen & ipsa aliquando fortasse edentur, si uita
& otium suppetat.

F I N I S

R O M A E I N A E D I B V S

F. M I N I T I I C A L V I

A N N O M. D X X I I I I.